

Q. K. 356, 41.

X 1904037

T 202

De gemmis et lapidib. p.



AD
STRENOPHORIAN
SCHOLASTICAM,

D. 8. Januarii

A. O. R.

M. DC. LXXV.

in

SCHOLA ANNÆMONTANA

more rituqve Christiano

instituendam,

Omni animi observantia,

MUSARUM PATRONOS,

ET FAUTORES

invitat

M. IMMANUEL Lehmann/

Scholæ Rector.

ANNÆBERGÆ,

Typis DAVID NICOLAI.



JESU dulcis memoria, dat nova Anni gaudia.

§. I.



- (a) *Plin. N. H. L. 37. c. 1.*
- (b) *Kentman de Fossil.*
- (c) *Rom. I, 20*
- (d) *Gal. III.*
- (e) *De Lap. Fig.*
- (f) *De Gemmis.*
- (g) *L. V. Fossil.*

DE Lapidibus pretiosis dum συμβολικῶς dicere ingredimur, non possumus, quin DEI Magnalia pariter atque συγκατάβασιw admiremur. Non enim in Gemmis tantum in arctum coacta est rerum natura majestas; (a) verum & in variis Terris, Succis, Gypsis, ζωολίθοις, Fluoribus, Saxis, Marmoribus, Metallis (b) habes, cur stupendum Numen tacitâ veneratione prosequaris. Adeo nobis invisibilia Mundi vivis qs. coloribus contemplanda sinit: id quod Scripturæ est, τὰ ἀόρατα θεῶ τοῖς ποιήμασιν νοόμενα καθοραῖν, (c) καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς προγράφειν. (d) Nos (quibus τὸ παρὸν σκεπέλλον,) non ignari, præter *Gesperum* (e) & *Boëtium de Boot* (f) vix esse Scriptorem, qui sive in Lapidibus, sive Gemmis exponendis certa usus sit Methodo; Lapidum Gemmarumve differentias exponere non constituimus: *Fallopium* (g) tamen secuti, Lapidum præmittimus divisionem in 1. *Factitios*, artis adulterio excoctos; 2. ex lapi descende materia *petrefactos*; 3. animalium visceribus *innatos*; 4. *nativos*, eosque vel *nobiliores*, vel *ignobiliores* & communes.

§. II. Cæterum, ut aliquid ex φιλολογίᾳ præmittamus, *Litho-*

- (i) *Dieter. Antiqu. Bibl. ad Ez. c. 28.*
- (k) *II. Petri III, 16.*
- Job. V, 34*
- (l) *I. Paral. XXIX, 2.*
- (m) *Exod. XXIV, 10.*
- (n) *Ezech. XXVIII, 13.*
- (o) *Hoë Comentar. in Apoc. XXII,*
- (p) *Apoc. XXI, 19. 20.*

logia est vel sacra, vel profana. Lapidum sacrorum colores, naturæ & efficientiæ ex Ezechiele, Exodo, Esaia & Apocalypsi, qui multam & legenti & differenti faciunt quæstionem, proprium volumen desiderant. (h) Hebræi hîc hæsitant, nec raro ἀνλιφατικῶς aberrant. (i) Et Nostratium expositiones pleræque tandem ἀπορητικῶς illa, ἐπέχω, οἶμαι, δοκέω subjiciunt. Neque tamen continuo τῶν δυσνοήτων ἐξερεύνησις (k) est negligenda. Scriptura enim in *Paradisi Potamographia*, in *Urim & Thumim*, in *Tyri negotiationibus*, in *Salomonis Templo*, aliisque locis Lapidum pretiosorum splendorem cum primis commendat, atque inter יָקָר מְלִיחָה מְלִיחָה שֵׁשׁ נָחַשׁ accuratè distingvit. (l) Ut non tangam mysticas Lapidum acceptiones, quibus f. *DEI*, *Sapphiri* instar fulgentis, (m) sive *Ecclesie*, cum militantis internus splendor, (n) tum triumphantis ἐξασράπλων φωτισμός (o) præfigurantur. λίθος τιμὴ in primis mentionem facit Johannes, de fundamentis cœlestis Hierosolymæ agens. (p) Lapidem ad *Mosaicas Tabulas* pretiosissimum fuisse, Rabbinî crediderunt. *Lapidem effigiei*, LXX. λίθον σκοπόν, einen *Mahlstein* / ad cultum erigi, DEUS vetuit.

tuit. (r) Et hoc ipso Epiphaniarum Domini tempore non infreqvens (r) *Levit.*
 fit mentio τῶν ἁγίων λίθων προσκύματος καὶ XXVI, 1.
 ἀκρογωνιαίαις, des aufferwehlten Ecksteins in Zion. (s) Videatur *Ger-* (s) *Esai.*
bardus (t) & *Geierus*. (u) Hūc refer totam illam Ecclesiae compagem, XXVIII, 16.
 ἡ οἰκοδομηὴν ἐκ λίθων ζώντων, quam divinissima Apostolorum Biga (t) Harm.
 adornavit. (vv) Confer. *Epiphanius* de XII. Gemmis Aaronis, *Tertul.* Evang. c. 152.
lianus de Habitu Mulierum, *Ursinus* in Theolog. Symbol. *Glassius* in (u) in Pfal.
 Philolog. Sacra. CXVIII, 22.

§. III. Apud profanos Scriptores *Divorum Lapidum* mentio (vv) *Ephes.*
 non raro injicitur. Scilicet ut in aliis antiquissima innocentissimaq; II, 20. I. P.
 pietatis mysteriis; ita in Lapidum diviniore usu, κακοζήλια usi Gen- II, 5.
 tiles, amisso nucleo, cortices retinuerunt. Vix enim dubitari potest,
 quin ex *Lapide*, quem *Jacobus* in *Bethel* unxerat, iste Lapidum cultus (x) *Genes.*
 ortus fuerit. (x) Ejus generis effigiati, uncti & coronati Lapidis me- XXIIIX, 18.
 minit *Tibullus*: *Habet vetus in trivio florea fersa Lapis*. Conf. *Selde-* *August.* de
nus de Dīs Syris, cum *CL. Beyeri* Additam. *Vossio* (y) alius memora- C. D. L.
 tur *Lapis*, cui *Abrahamus* alligavit asinum, sacra facturum. λίθος, κα- XVI, 38.
 φαλή τῆς ἀφροδίτης, super quo Abraham cognoverit Agar, ab Ismaë- (y) *L. I. Eleg. I.*
 litis olim cultus. Unde λίθον λιπαρὸν προσκυνεῖν, einen gesalbten (z) *Idolol.*
Stein anbeten. (α) Quæ causa est, cur Ethnici, divini aliquid Numi- L. II. p. 466.
 nis Lapidibus inesse credentes, *Veneri Corallia, Chrysolithon Jovi,* (α) *Kipping.*
Achaten Mercurio, Gemmas alias aliis Deastris consecrârint. Præfer- *Antiqv. Rō.*
 tim *Aegyptiorum Magi* quosdam Lapillos siderum imagines ac virtu- (β) *Franc.*
 tes referre crediderunt. (β) *Rueus* de
 Gemmis
 L. I. p. 23.

§. IV. Præter sacrum usum, *Lapides Naturaliter, Civiliter, Me-*
dicè, Metallicè, Ominosè, Mythologicè & Symbolicè considerati, pro-
 lixum darent dicendi argumentum. Non ita vastissima montium ju-
 ga, minantesque in cœlum scopulos suspicimus, quam *petrefacta*
ligna, Corallorum furculos, *Amiantum* in igne ἀσβεστον, *Chrystalli* ἐξα-
γωνίαν, Magnetis tractum & vorticitatem, aliaque multa demiramur.
 Quem non *Adamantis* fulgur, *Carbunculi* ignes, *Amethysti* fulgens
 purpura, *Smaragdi* virens mare, cum multa Creatoris veneratione, (γ) *De Civ.*
 suspensum tenent? Hic sanè, ex *Augustini* sententiâ, (γ) *Salomone* Dei, L. VI, 14
 quodam nobis opus esset, ut ex ipsa Lapidum Gemmarumque pro-
 prietate intellectus nobis aperiatur. Dicat, cui volupe est, *Seminale* (δ) *Sperling.*
 singulorum principium, Spiritum architectonicum, mirificum & *Inst. Phys.*
 quasi vivum (δ) materiæ incrementum, occultamque proprietatum de Lap.
 emanationem, & *Phyllida* solus habebit. A 2 §. V. In

§. V. In publica privataque vita Lapidum non una commoditas est. Apud Romanos frequentissima fuerunt *Saxa terminalia*, seu, ut Quintiliano dicuntur, *notata inscriptis Lapidibus spatia*, quibus tanquam cursoriis indiciis milliaria signabantur, agrorumque describebantur limites. (ε) *Lapide Omastico* juramentum dabatur, cum Jo-
 (ε) Tacitus Hist. passim. Conf Buchn. in Lex. In Lex. Etymol. (ζ) Aristide. (η) T. II. Lect. Mem. p. 429. (θ) Vid. Curtius, Sueton. Plinius, Seneca, &c. Neuboff De script. Chin. (ι) Lips. de Magnit. Rō. Lib. III, 8. (κ) De Lapidibus. (λ) N. H. L. XXXVII, c. I. (μ) De Annulis, p. 10. II. (ν) Taubm. ad Virg. I. Æn. (ο) De Metall. Uterque. (π) Rueus de Gemmis. XVIII. (ρ) Id. L. I. c. 4. & Theophrastus. (σ) Ursin. Arbor. Bibl. c. 13.

quem lapidem jurarent. *Contumelia & innocentie forenses Lapidem*, quorum illi accusator, huic reus Athenis insistebat, ex Pausania adducit *πολυμαθέσιος Martinus*. (ς) Adde *criminales & proscriptionis lapillos*, Ostracismum inquam, quod *ὡς μέλανι, & λευκῷ ψήφει*, valentes illi quidem, at optimi sæpe Viri patriam ejiciebantur. Morem describit *Plutarchus*. (ζ) *Wolffius* ex Gasti Memorabilibus adducit *Adulterinum Lapidem*, quem collo suspensum Adulteri per Urbem gestare coacti fuerint: *Etneu Huren-Stein / der umb dem Markt getragen wird.* (η) *Tarpejo Saxo* dejiciendos, Judæorumque Lege, *Lapidum*, *imbre* obruendos jam manu mittemus. Nec tangemus *Aegyptiorum, Romanorum & Chinesium* in Lapidum magnificentia, Gemmarumque; luxu insolentem stupendamque superbiam. (θ) Eò deliciarum ventum erat, ut nisi Gemmas calcare nollent. (ι) Illud addendum videtur, in signandis litteris Gemmas exquisiti fulgoris (*Theophrasto* (κ) *σφραγίδια γλυφάρια*) fuisse in usu; nec nisi optimo censu digitos onustos, ut docet *Plinius*. (λ) Annulos bigemmos, & imprimis Achates, Onyches, Sardas ad exprimendos effigierum ductus adhibitos, testatur *Kirchmannus*. (μ) *Λιθονάκηλα σέφανα*, baccata monilia, duplices Gemmis auroque Coronæ, (ν) gemmatæ puppes, mensæ, vestes, ædes &c. quæ jam antiquissimis temporibus usitata fuerint, non habent dubitationem.

§. VI. *Medicum Lapidum usum* ex Medicis petet, qui volet. Nobis præter *Theophrastum, Anselmum Boëtium de Boot, Baubini Anatomician, Hortum Sanitatis Moguntiae olim impressum, Encelium, Grülingii Pharmacopœam, Fr. Rueum*, alios evolvere non licuit. Varias de rebus fossilibus & metallicis delicias *Agricola & Fabricius* dabunt. (ο) De Calculis *ἐμφύτοις* s. innatis *Kentmannus* singulari libro. De Lapidum variis Figuris *Gesnerus*; quorum prolixa verba adducere, non opis est nostræ. Portenti instar est *Turcois*, mortuo Domino pallescens rimamque agens; (π) *Adamas* alios similes pariens; (ρ) *Cos* ex alno lapidescens. (σ) Incredibile videtur, Anno Christi 1583. & *Theophrastus* *Islebia* erutum lapidem, Papam Rom. habitu triplicique coronâ signate

signate expressisse. (τ) Neque ita pridem præter *Pisces fossiles, Crucis, (τ) Meier. Philippi & Lutheri Imagines* ibidem ex venis profundissimis erutæ, Chron. litteris significabantur. (υ) *Rana venenata* s. Bufo in silice subterra- Quedlinb. neo natus, eine in Stein gewachsene unterirdische Kröte/ curioso le- (υ) An. 1674 etori innotescit ex *Agricola*. (φ) *Ursinus* rem ad scissionem Cordi- Lips. Nund- um applicat, in Theol. Symbolica. Et tam concinnè *faruiminifor-* Mich. *mes* ultra *Thermas Jobianas Lapidés*, opus Lanarium videntur æmu- (φ) De Ani- lari, ut monti, vulgi appellatione, inde hæserit nomen, *der Wurstberg.* māt Subterr. Adeò Natura & in Lapidibus minoribus ludit, prout in *portentosis (χ) Olaus M. Montium configurationibus* non raro contemplanti risum movet. (ψ) *Neuboff.* *Ein Berg sieht wie ein Pfifferling / andere wie ein Mönch in der Rut-* Descript. *ten / wie ein gekrönter Kopff / (χ) ein Calcutischer Hahn / Pinsel / Würf.* Chinæ p. 80. *fel / Pferd kopff / Blum.* (ψ) *Nec illud caret omine, Anno 1152 Lapi-* P. II. c. 13. *deam statuam* sub *Friderico Barbarossa* inventam fuisse, cum Epi- (ω) *Gerhard* *graphie: LUTHERUS.* (ω) Porro ad portentosos Lapidés non im- Conf. Cath. merito reducuntur *Ceravnii, Fulminales, Donner-Pfeile / Wetter-* L. I. P. I. c. 5. *Steine / Straal-Keilen /* quorum & miranda generatio, & vis pene- (a) *Gesn. de* trandi maxima, & angularis conformatio. (a) *Nec minus singulares Fig. Lap. p. 65* *cælo delapsi Lapidés*, quorum exemplum *Wolffius* adducit. (b) *Hor-* (b) *Memo-* rendum verò auditu est, Anno 1510 in *Lombardia*, portentoso im- rab. P. I. p. 265 bris impetu, mille ducentos decidisse Lapidés, LX & CXX pondo. (c) (c) *Voss. The* §. VII. *Lapidum μυθολογίαν* vel duobus Exemplis declarabi- ol. Gent. L. mus. Poëtæ enim, nudæ Veritatis incrustatores, ne Scientiarum my- III. p. 782. steria vulgo objicerent, & Lapidibus sua texerunt *Φιλοσοφήματα.* (d) *M. Plaix.* (d) Quo sensu *Lapidés à Deucalione & Pyrrha* post *Cataclysmum* dan *Præfat.* *jaeti* finguntur. (e) *Capus Meduse* objectum, aspicientes in Lapidés de sa *Logiq.* mutasse dicitur. Id quod de *Voluptate* exponitur, quæ homines adeò (e) *Ovid. Vid* *stupidos & insensatos* efficit, ut mente è fede sua dejectâ, hominem *Nat. Com.* videantur exuisse. (f) L. VII, 17.

§. VIII. Ad rem: Titulus enim *pretiosos* promisit *Lapidés.* (f) *Id. L. c.* Quâ tamen inscriptione nolim eorum *ἀκυρολογίαν* meam facere, qui p. 751. *Cic.* vel *Cardani* (g) *divisionem* secuti, *Gemmas inter Lapidés numerant;* *Parad. I.* vel *Margaritas eodem censu habent, ἑτάλασαν τῆ ξυρᾷ μισγῆντες;* (g) *Lib. V.* vel *Bozoar & Philosophicam Tincturam nativis Terræ Lapidibus ac-* *Subtil.* *accensent:* sed ad *Vulgi sensum*, communemque sermonem, non ad (h) *Boëtius* *Physicorum ἀκριβείαν* loquimur, in *Symbolicis* præsertim *involucris*, cap. XXXVI. ubi æquioribus esse licet. Verba itaque *Anselmi* (h) *mea facio:* *Lib. II.*

Margaritæ etiam si inter Gemmas referri non deberent, quòd in terra non nascantur, ut aliæ omnes, sed in animalibus, Conchis videlicet: quia tamen vulgo in maximo pretio habentur, ac ab omnibus ad ornatum muliebremq; mundum & luxum imprimis, ut olim, ita & nunc adhibentur: non malè me facturum existimavi, si post Adamantem & Carbunculum earum historiam describerem. Non defuissent ad Strenas alii no-

- (i) *Plin. L. XXXVII, c. I.* biles æque ac mirandi Lapides, ut *Pyrrhi Regis Achates*, naturâ suâ IX. *Musas* cum Apolline representans. (i) *Gemma Polycratis Samii*, felicitatis Symbolum; *Turcois* Imperatoria formâ sculpta; (k) *Opa-Lait. de lus*, omnium Gemmarum & virtute & luce qs. compendium; (l) *Bal-Gein. L. I. sates* s. Lapis Lydius, colores metallorum trahens &c. Aut integræ (l) *Encelius Δακτυλιοθήκαι, gemmatae coronæ, puppes, mensæ, pocula, gladii*, quorum exempla superba habuit antiquitas: malumus tamen libero abundare sensu.

§. IX. *Pretiosissimos* autem esse *Lapides*, quos Strenæ loco offerimus, æquus rerum æstimator haud difficulter largietur. *Adamas* genuinus, perpolitus & *σύμμετρος*, granum piperis pendens, in Imperialibus venit. Cui rei fidem conciliat *Philippus Hispan. Rex*, qui

- (m) *Boët. de Boot.* Adamantem 80000 Coronatorum valore in arrham dedit. (m) *Margaritam* Cleopatrar, quam aceto solutam hausit, 150000 aureorum fuit. (n) *Plin. L. IX. c. 37.* (n) *Julius Cæsar Serviliæ* sexagies HS Margaritam mercatus est. (o) *Sveton. C. L.* (o) Aliàs Margaritæ, unum *κεράτιον ein Carat* pendentis, pretium trium Joachimicorum esse solet. Uncia maximè rubicundi *Corallii*, pisi magnitudine, uno thalero licet. Quæ tamen ipsa pretia magis à vendentium & ementium arbitrio, quàm certa lege pendent. (p) *De Lait. l. c. pag. 9.* *Marmoribus λιθόσραφα* Veterum, Musivo opere fabrefacta, incredibili arte, immensisque sumptibus strata conferantur, nec dubium erit Marmoris pretium. (q) Injurii essemus in Majorum liberalitatem rei que dignitatem, nisi *Ara nostræ Annebergensis Marmor* (cujusmodi Ara, ex solido atque unico marmore, ne in Italia quidem ulla pulchrior extat, judice olim *Kentmanno*; (r)) & pretiosum, & straturâ artificiosum, & vecturâ sumptuosum diceremus. (s) *Lapidis tantum Philosophici* arcanum, *Bezoardici* virtutem *ἀλεξιφάρμακον*, *Magnetis* inæstimabilem, omnibusque Gemmis majorem usum, qui in pretiosissimis Naturæ rebus numerare nolit, ex potestate sanæ mentis abiisse, censendus est.

§. X. Quod itaque faustum, felix ac fortunatum DEUS esse jubet!

beat! ut his Novi Anni auspiciis, quibus crebra currunt per compita
Strenæ, moribus vivamus antiquis, votisque; accendamus Aras, (c) pro (c) Virg. Lib
recepto in Scholâ nostra more Symbolicas Strenas distribuemus. III. Æn.
Postquam autem superioribus annis, Symbolis è Natura petitis, ad Mi-
neralium regnum ventum est, restat ut Lapidum aliquot pretiosorum
expositione, captum laborem καδδύναμιν persequamur. Initium au-
tém Actûs faciet PROLOGUS, Theodorus Arnold / Neudorffensis
Mifn., Hymnum Ecclesiasticum: Helfft mir Gottes Güte preisen/ etc.
Ebraica Versione expressurus.

Hunc sequentur STRENOPHORI septem,
memoriter & breviter dicturi.

§. XI. I. Serenissimo atq; Potentissimo SAXONIÆ ELECTORI,
JOH. GEORGIO II. Domino nostro indulgentissimo, ADAMAN-
TEM, einen Demant/ Gemmarum principem, in Strenam Oratione
prosâ offeret Christianus Höpner/ Frauenbergâ Mifn. cum Lemmate:
Fides duris exercita rebus.

ADAMAS Regibus Principibusque Gemma est dignissima, e-
jusque figurâ multi Duces in Italia pro Symbolo usi fuerunt, quorum
numerum adducit Anselmus saepe citatus. (t) Adamantem gestabat
Pontifex summus, sanctum sanctorum ingrediens. (u) Et in Pectorali
Adamas fuit, Oraculi sententiam alio atque alio colore significans:
prout vocem אבן exponit Aben Esra. (x) Domus autem Saxonica
ex antiquissima Regum prosapia orta, (y) ab ultimis principiis ad hæc
usque tempora, rebus gestis cum primis floruit, sanctissimis Ecclesiæ
rebus adfuit, splendoreque plusquam Regio nunc Iridis instar erga
pios atq; fideles sese extulit, nunc candentis instar ferri, ut Adamas, (z)
impios & Hæreticos perstrinxit. Adamas Græcâ derivatione indomi-
ta Gemma dictus, (a) tanta valet durietie & naturæ generositate, ut,
Veterum opinione, ictum mallei respuat. (β) Esto tamen eum, teste
Experientiâ, in scobem redigi, & hircino sanguine solvi posse: (γ)
Ignis tamen injurias facile perfert, (δ) cuspidibusque præfixus, duris-
sima metalla penetrat.

Potentissimus Elector Sax. אבן ישראל Pastor, Lapis (δ) Carons
Israel, ἀδάμαντος ἔχει κατερόφρονα θυμὸν, exempla imitatus Majo-
rum, quibus pacis bellique tempore robur & as triplex circa pectus erat. Japan p.
Adamantino pectore JOHANNES I. Constans dictus, Imperatori (e) Genes. 1140. seqv.
Carolo V. fidei obtulit Confessionem. FRIDERICUS I. Magnanimus, XLIX, 24.
Danie-

(t) de Ada-
mante,

pag. 138.

(u) Epiphan
de XII.

Gen. p. 12

(x) Dieter.

Antiqv. l. c.

(y) Fabrit.

Orig. Sax.

pag. II.

(z) Ruens de

Gen. Lib

II. cap. 15.

(a) Agric. de

Fossil. L.

VI. cap. 9.

(β) Plin. L.

XXIV, 17.

Solin. c. L

(γ) Sperling.

Q. de A-

damante.

(δ) Carons

Japan p.

1140. seqv.

(e) Genes.

XLIX, 24.

Danielis instar captivus in Aula, *nihil morabatur, impasti licet irrue-
rent Leones.* BERNHARDUS Magnus, Adamantina nactus viscera,
res suas, *sicut Ursus in agro orbatus,* (ς) gessit præclarissimè. Idem illud
invictissimum Numen, quod tantos Heroas protexit, Heroicum Pa-
tris Patriæ pectus contra omnem hostium impetum, indomita virtute
armet, ut, *gloriosissimum imitatus Parentem,* his afflictissimis tempo-
ribus sit πολυμιώτερος χρυσίς (καὶ ἀδάμαντος) διὰ πυρὸς δοκιμα-
ζομένῃς, (ζ) robustissimasque discordiæ Catenas (η) Adamantina Mar-
tis togâ (θ) perumpat. Adamas γνήσιος ex omnibus Gemmis unum
& genuinum colorem proprium habet ac perpetuum; venena irrita fa-
cit; jurgiis & rixis resistit: (ι) Ita Serenissimus Saxo, mutari nescius,
Fidei cum civilis tum religiosæ, publicæ inprimis in S. Romanum
Imperium, omnesque Subditos est observantissimus, *pacificus fidusq;
Christiana Reip. Tutor, der GOTT und dem Kånser treue Sachß /* qui
pestilentissimum Hæreticorum virus, foetidamque Judæorum Collu-
viem à patriis terris clementissime amolitur.

§. XII. II. *Serenissimo* Principi, JOHANNI GEORGIO III.
Domino nostro clementissimo, magnificum MARMOR, cui ipse cata-
phractus, imperterrito vultu immotisque pedibus insistat, *Heroico
Carm. Lat. statuet Cornelius Schürer,* Schorlaviâ Misn. eam Lemma-
te: *Constans cum robore splendor.*

MARMOR à μαρμαίρειν, vibranti splendore coruscare. Varia
ejus sunt genera, quæ inter *Porphyrites, Ophites & Parium* principem
apud Veteres locum obtinebant. (κ) *Architectonicus Marmoris usus*
ad firmamentum, splendorem ac luxum ædium latisimè patuit. Urbs
Roma statuis implebatur, quia licebat cuique pasim in *Tabula, Ære,
Marmore se publicare.* (λ) Splendoris privati æqvè atq; publici μαρ-
μαρώσεις Plinius (μ) notat, *Limina* ex Numidico Marmore fuisse po-
sita, non sine reprehensione; *Parietes* privatos Marmore inductos;
ab Agrippa 400 *Columnas* ex Marmore Aquæductui suppositas;
Ampitheatri molem Lapidis Tyburtini compage structam, & quæ a-
lia antiquæ superbiæ sunt indicia. Imperator certè *Augustus* gloria-
tus est, Marmoream se relinquere Romam, quam lateritiam accepis-
set. (ν) Nos *Serenissimo Principi* non rude quodcunque & vulgare, sed
Augustum Marmor, in signum invictæ Constantiæ, eminentissimique
Splendoris offerimus. Augustum dico, antiquâ Marmorum à Prin-
cipib9 vel Inventorib9 factâ Denominatione. (ξ) *Saxa Marmor emu-
lantia,*

(ς) II. Sam.
XVIII, 8.

(ζ) I. Petr. I, 7

(η) Manil.
Lib. I.

(θ) Horat.

(ι) Encelius
I. c.

(κ) Gesner.
Fossil. p. 52.

Panciroll. P. I

(λ) Lipsius in
Admir. Rom

Lib. III, c. 8.

(μ) Lib. 36, 16

(ν) Sveton.
in August.

(ξ) Plin. L.
XXXVI, c. 7.

lantia, quæ Crotendorffii eruuntur, atque aliquoties, ad pavimenta tessellato opere sternenda, Dresdam sunt asportata, suo relinquimus loco: Magnos magna decent, non *pieta Spartani frigora Saxi.* (π) (ο) *Jenif.* Accipe igitur, *illustrissime* PRINCEPS, generosisimi animi insigne, Annæb. c. 6. subjectissimæque pietatis nostræ *τεκμήριον*, Marmor inquam *augustif-* (π) *Martial.* *simum*, non *Praxitelis* equidem nomine superbum, (ρ) sed dovitisimis L. I. Ep. 84. Musarum precibus, Tuisque Virtutibus, *Robore & Constantia ex-* (ρ) *Phædr.* *splendescens*. Cæterum omne ferè *Marmorum* genus, è terra erutum, Fab L.V, 1. temporis progressu *magis magisque induratur*: id quod l. Serpentinum (σ) *Panciol.* antiquum Marmor, nulli scalpro cedens, testatur. (σ) *Ophites* est ve- P. I. p. 66. neni *ἀνίδοτον*, capitisque & coli doloribus mederi dicitur. (τ) *Zeblici-* (τ) *Schröder.* *um*, præter cæteras virtutes, est præsentissimum contra nodosæ Po- Pharmacop. dagræ tormina fomentum & solatium. Faxit DEUS, ut *clementissimus* pag. 354. *idem* PRINCEPS, ætatis florentissimæ progressu, *Marmoreæ instar Py-* *ramidis*, confirmato in dies animo, ad ardua quæque ascendat, à *vene-* *natis* hujus *virulenti seculi philtis* immunis vivat, Patriæque passio- nibus & detrimentis medeatur. (υ) *Idololat.*

§. XIII. III. *Reverendo Verbi* MINISTERIO, Strenæ loco MAR- L. IV. p. 1462. GARITAM exhibebit, *Carminè Heroico Græco-German.* Christianus (Φ) *De La-* *Hess/ Elterlinensis*, cum Lemmate: *Animarum nobile lucrum.* pid. & Gem. fol. 13.

Μαργαρίτς vocem vel ex Græco *μαρμαίρειν*, vel ex Persica Lin- gva, vel ex Chaldaico *ܡܪܓܪܝܬܐ* Exod. XXVIII. derivari, existimat (χ) L. X, c. 13. *Vossius.* (υ) Est autem *ἐκ τῶν θαυμαζομένων καὶ σπυδαζομένων λί-* (ψ) *I. Pet. II. 5* *θων*, *Theophrasti* iudicio. (Φ) *Ælianus* λίθῳ πεπωρωμένῳ similem. (ω) *Matth.* scribit. (χ) De his *Plinius* L. IX, c. 35. *Solinus* Polyhist. c. 56. multa XIII, 45. contra hodiernam experientiam afferunt, de quibus *Physici*. Jam (a) *Gal. IV,* *HOC* agendum. *Pastores* sunt quasi *λιθολόμοι* vel *λαοτέκτονες* Lapi- v. 19. dum viventium, (ψ) & cælorum *ἔμποροι*, *ζητῆντες καὶ εὐρίσκοντες* (b) *Boët. de* *καλῆς καὶ πολυλίμης μαργαρίτας.* (ω) *Urinatores* vasti *Scripturarum Boët. L. II.* *Oceani*, in quo *Elephas* natat, & *agnus* peditat. *Concha Margariti-* cap. 37. *fera* sunt *Verbum & Sacramenta*, quorum complexu *μαργαρομήτηρ* *Ecclesia* *Virtute Altissimi Uniones mysticè fovet & excludit*, *ἄχρῆς &* *μορφωθῆ ὁ χρεῖς ὅς ἐν ἀυτοῖς.* (a) Nisi si quis aliam mavult *Allegoriæ* formam. *Concha*, non pulchræ illæ, extrinsecusque bene formatae, sed tuberosæ & quasi morbosæ foetus gerunt vivaces: (b) ita *Evangelicus* grex, coram mundo de formis & abjectissimus, non *Theatricus Pa-* *pæorum cœtus*, veros parit *Uniones.* *Præterea*, inter fluctus, afflictio- numque;

nu mq; Scopulos largior Margaritarum Spiritualium proventus est, prout lætissimæ quæq; Perlæ in mari horribili & fluctuoso leguntur. Tandem Margaritæ sunt inæstimabile Naturæ arcanum, auro potabili simile ἀλεξιτήριον, quo vel in extremo agone, visceribus principalibus balsamoq; vitæ succurritur. Unde varia τῶν ἐκ Φαρμακοποιίας Magisteria, Perlen-Milch / Herk-Essentz, &c. quæ & roborant & exhilarant. Nobilior Verbi divini est operatio, Potentia DEI in salutem credenti, (c) gaudium & lætitia cordis, (d) quin imo mortis ἀντίδοτον. (e) Caveamus itaque, ne fermenti acore Virtus verbi, ut acetō Uniones, detrimentum patiatur. Vos verò, Venerandi Ecclesie Ministri, quærite felices animarum nobile lucrum!

(c) Rō. I, 16.
 (d) Jer. XV, 16.
 (e) Joh. VIII, 51.

§. XI. IV. Amplissimo SENATUI, LAPIDEM PHILOSOPHICUM, Strenæ nomine, Orat. Lat. vovebit Gotthülff Weischner/Hormersdorff. Misn. cum Epigraphe: Fiseum Themis aurea inaurat.

LAPIS PHILOSOPHICUS, der Weisen Stein/ non est ψῆφος λευκή, candidus Lapillus in suffragium datus. (f) Luth. ein gut Zeugniß.

(f) Apocal. II, 17.

Nec est arcanum illud, nescio quod, χρυσοποιητικόν, cuius beneficio Salomon ex Ophir tantam auri vim confecisse, imò Moses ipse aureū vitulum in pulveres redegisse fingitur. (g) Neq; quicquam ad rem fa-

(g) Harsdörf. Delit. Matthem. P. XVI pag. 375.

cit, Davidem habuisse כָּל-הַחֵמָה בְּכֹל-מְלָאכָה allerley Weisen auf allerley Arbeit/an Gold/Silber/Erz/Eisen/ohne Zahl. (h) Verūm Alcumistarum professione, est Tinctura quædam universalis, Elixir Ar-

(h) I. Paralip. XXIII, 15.

bicum, Mysterium χρυσοποιητικόν καὶ ἀλεξιφάρμακον, cuius prima initia alii à Tubalcain, den Meister in allerley Erz-und Eisen-Werck/

(i) Gen. IV, 22.

(i) repetunt; alii ad Hermetem τρισμέγιστον, qui Mosis tempore floru-

(k) Salmuth. Tit. VIII, pag. 328.

it, consultius referunt. (k) Agricola miratus, tot Autores χημειυτικά scripfisse, rem omnem rejicit. (l) Experientiæ tamen, totqve exhibitis Speciminibus nemo jam facile repugnaverit. Vid. Salmuth.

(l) Præf. de Metall.

l. c. de Alchymistica prolixè. Nos sub Lapide Philosophico Justitiam, Nervum publicum, intelligimus, cuius administrandæ fovendæq; non minor, quàm in Chymicorum χρυσοποιία, difficultas est. Sicut tamen τὸ ὅτι hujus ab Alcumistis probatur: ita nec de Reip. nervo desperandum. Ex Hermetis Tabula Lapidis Philosophici Pater Sol, Mater Luna, Matrix Ventus, Nutrix Terra adducuntur. Ita Reip. Ærarium, Numinis supremi benedictione, Justitiæ observatione, à Consiliariis Remp. tenerrimè foventibus, precibusque subditorum largi capit incrementa. At vero, sicut in illius Arcani materia cognoscenda præpa-



preparandaq; omnia sita sunt, ut inde verum auri semen, & nobilissi-
ma panacea contra omnes morbos conficiatur: ita è civili Prudentia
fidaq; rerum administratione secundum DEUM omnis Reip. thesaurus,
& rerum nervus nascitur.

§. XV. V. Spectatissimo METALLICORUM ORDINI, Henri-
cus Luppius, Freibergensis, Latina Oratione in Strenam dabit MA-
GNETEM, einen Eisenziehenden Magnet / cum Inscriptione: Venas
labor entheus baurit.

MAGNES, lapis metallico nauticus, Heraclius, Siderites, ein
Magnet-Eisen-Segel-Stein / tanti est pretii ob mirandas virtutes, ut
& pretiosissimis Gemmis anteferatur. Est enim ad totius mundi the- (m) Curiosit.
sauros via, dux & clavis unica, lumen navigiorum, solamen nauclero- Physic.
rum. (m) Res metallica ad communem vitam maximè est necessaria, Schwimms
estq; liberale atq; ingenium tuendæ vitæ genus, abditissimos Naturæ ex Kirch.
thesauros miseris mortalibus detegens. (n) Imprimis nostra σιδηρουή- Arte Magn.
τηρ γαῖα, olim inexhaustis Chalybum metallis generosa, jam verò dif- (n) Agric. de
ficultatibus suis & angustiis ingemiscens, redivivo Tubalcain opus R. M. L. I.
habet, ne Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon frustra la-
borent. Eoque nomine Sideriten Lapidem exhibemus. Nobilissimæ
Magnetis virtutes sunt, ferrum trahere & ad Polum converti. Ita Me-
tallurgi, ante s. Magneticæ pyxidis s. Virgulæ metalloscopicæ usum,
venarumq; scrutinium, ardentissimis precibus ad DEUM sese conver-
tant, ut in metallis eruendis faciant operæ pretium. Quod si quando
Spes reddituum declinat, non in cœlum terramve, sed in αἰσχροεργί-
αν, malas artes, & abusum, culpam conjiciant. Ut enim Allii succus
Magnetis virtutem: ita defraudatio minerarum, reddituumq; abusus,
benedictionem DEI tollunt. Neque ignis tam pestilens & exosus Ma-
gneticæ virtutis adversarius est, quàm luxus opum populator, fune-
stissimi instar incendii rei metallicæ facultates cōsumens. Nos Metal-
licos χαλκόποδας & χαλκέντεργς, nicht Eisenfresser / sondern geseegne-
te Eisen-Sucher-und Macher / exoptamus. Trahant precibus, eruant (o) Fabr.
fidei labore ærofa saxa, non subærata & adulterina metalla. (o) observ. de R.
M. p. 15. 16.

§. XVI. VI. SCHOLÆ OPPIDANÆ dicabit CORALLIUM
Theodorus Wolff, Annæberg. Carmine Sapphico Lat. cum Lemmate:
Virtute & Moribus, s. Gratiior est pulchro veniens è corpore Virtus.

Κεράλιον (p) est ἐκ τῶν ἀπολελιθωμένων s. lapidescentium gene- (p) Theophr.
re. Plurimum enim Salis & succi lapidescentis, unde pro naturâ pe- de Lap.
tre-

refactorum Surculi durantur, plantæ inesse, Chymica docet resolu-
tio. (q) Hinc Græcis λιθόδευρον, *lapidea arbuscula* dicitur. *Bacca*,
quæ sub aqua molles sunt, exemptæ confestim durantur. *Schola publi-*
ca sunt Reip. Christianæ officinæ, in quibus tenerrima & qs. *cerea in-*
genia, quibus aliquid *Salis* inest, Litterarum morumque culturâ *solidè*
firmantur. Atque ut Corallium simul cum saluberrimis *virtutibus &*
formæ commendat gratia: ita Musarum alumnus *morum elegantiam*
pariter atque *studiorum* incremento florere debet. Corallia com-
mendatissima *limam patiuntur*, ac terenti facile cedunt: non minus
liberale ingenium vs. *θεσίαν* & castigationem admittit. Virtutes Co-
ralliorum potissimæ sunt: *ἀντιπαθεῖν cum sanguinis fluxu, Phrenesi*

(r) *Keckerm.* resistere, (r) *calculos frangere, gratiam conciliare, calamitates agrorum*
Syft. Phys. *avertere, (s) morbi sensu, mortem, imminente pallefcere.* (t) Ingenium
L.I. cap. 8. faventibus Gratiis natum, amat liberale otium, cruentaque Martis
Encel. L. 3. c. 2 signa averfatur, *ἀνθαδείας* fugit Phrenesin, liventes invidiæ dentes
(s) *Solin.* l. 8. atrosque calculos, magis magisque gloriæ serviendo, frangit, apud
& Hortus erudites viros in laude & gratia est, calamitatesque fundi litterarii,
Sanit. Mo- quoad ejus fieri potest, avertit, ne studiis inopiâ pallefcantibus, ægri-
gunt. rudo in Remp. erumpat. *Pseudo corallium*, s. Coralli forme λιθόφυτον
(t) *Encel.* l. c. formant *Scholarum clanculariarum Tenebriones*, verrucosum *Φιλαι-*
τίας gypsum, pro genuinis eruditionis Coralliis venditantes.

§. XVII. VII. LAPIDEM BEZOAR pro Strena applicabit CI-
VIBUS, *Oratione Latina*, Emanuel Groschupff / Scheibenbergensis,
cum Lemmate: *Sic Pax medicina malorum.*

(u) Libro de BEZOAR, quasi *Bel Zaar*, ein *Gifftbezwinger* / vel ex Idiomate
Bez. Singu- Persico *Pa & Zahar*, ein *Wieder-Gifft*. Conf. *Baubinus*. (u) Est lapis
lari. *in ventriculo Indice Cervicapra natus, contra omne venenū; præsertim*
(vv) *Grüling* *contagiosas & malignas febres, puerorum lumbricos, vertiginem, me-*
Florileg. *lancholian, epilepsian, maligna febrium exanthemata compefcit & ex-*
Med. p. 211. *stingvit.* (vv) Quid lites, jurgia, factiones in Civitate? contagiosa pe-
ftis, ærarii febres, facultatum corro dentes vermes, rerum vertigines,
animorum atra bilis, suppurantia ulcera, & virulenta *ἐξανθήματα*.
Pestibus his vero concors Pax una medetur. Precamur itaq; ut Variolas
Ægypti, Galliæ Luem, Jesuitismi Scorbutum, Calvinismi Melancholi-
an, Syncretismi difficilem partum, Epicureismi Dysenterian, Qua-
ckerismi Epilepsian, mundi quævis alia toxica à Civibus nostris DEUS
abesse jubeat. *Pax optima rerum, quæ homini novisse datum est,*
pax una triumphis innumeris potior.

Δ. Τ. Θ.

Q.K. 356, 41.

STRI
SC

SCHO
me

MUSA

M.

IAN
M,

ANA

OS,



T. 202



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Inches
Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black